

Restat postremo de orthographia respondere, secundum quam^(a) corrigere me libellum iubet, qui etsi ab alio scriptus est, multa tamen in eo manu mea notata deprehendi possunt. ego vero ad hoc possem, nisi superbius fortasse videretur, itidem dicere quod
 5 magnus quidam vir, dum ad clerum oraret, dicere sibi voluit^(b). nam, cum a quibusdam, qui verba sola venabantur, mentem^(c) vero consequi non poterant, irrideretur; distractus enim profunditate materie non satis in^(d) plerisque congrui sermonis rationem servabat; ad eos inter sermocinandum conversus: « aquila », inquit, « non
 10 « capit muscas »^(e). sed esto, sint, que tu notas^(f), musce forsitan; ego profecto non sum aquila. itaque non arroganter, ut ille, aspernor, sed magis bona venia peto ut michi per te liceat tempus, quo illa de hoc aut aliis libris^(f) eraderem^(g), melioribus occupationibus dare. non modo enim ut syllabas emendem, sed ne orationes quidem prave scriptas ut corrigam intendere, vel si vellem^(h), possum⁽ⁱ⁾, dum tamen secundum eam seriem, que subest rationi, intelligi^(k) sensus valeat. de his autem, que per me scribo, minore fortassis sim venia dignus. sed neque tamen^(l) adduci unquam potui ut essem in ea re curiosus. placet scire et percontantibus respon-
 20 dere posse, quo pacto singule^(m) dictiones, aut nostre aut quibus pro nostris utimur⁽ⁿ⁾, conscribi debeant, et in quibus rationi et in quibus interea usui stare conveniat; nam ea plerunque ex adverso repugnant; facere vero non sum tam^(o) diligens. michi enim satis est et aliena dicta ratione intelligere posse et meos sensus non absurde
 25 dictare; officium vero aut pulchre scribendi aut recte^(p), facile aliis linquo. nam, quid in eo genere laudis contendam, que sit cum

In quanto all'ortografia poi, il libro non fu scritto di suo pugno;

ad ogni modo tali questioni sono inezie,

come ben disse il sacro oratore ai cacciatori di parole;

ed egli non ha tempo da poter occuparsene,

né per gli scritti altrui,

né per i propri.

Gli piace saper come le singole parole correttamente si scrivano, ma della pratica poco si cura,

e gli basta intendere il senso degli scritti altrui e di esprimere il proprio; sicchè lascia ad altri lo scrivere correttamente,

(a) *Mur.* secundum quod (b) *M* noluit (c) *M* venerabantur mente (d) *Mur.* satis ex (e) *T* que in notas *Mur.* quae in meis notas (f) *T* quo illa de hac aut aliis crebris *Mur.* quod illa de cura aut aliis crebris (g) *M* evaderem (h) *M* corrigere intendam vel si vellem (i) *M Novati* possim (k) *M* sub est ratione intelligit *C* ratione intelligi (l) *Mur.* neque tantum *C* neque tā (m) *M Novati* singulares (n) *Mur.* pro literis utimur (o) *M om.* tam (p) *C* aut ratione

(1) Di questo notissimo proverbio confessiamo di non aver potuto rintracciare l'origine. Nella raccolta intitolata PAULI MANNUCCI studio atque industria Adagia quaecumque ad hanc

diem exierunt, Venetiis, .MDCIX., p. 1167, il detto è citato, senza indicazione della provenienza, insieme con quest'altro: « Indus elephantis haud curat culi-
« cem ».